

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 4. Iuspatronatus si spectet pro parte ad Collegium, & pro parte ad alium existentem de Collegio, quomodo fiat præsentatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

nonici omnes de Collegio sunt vocati pro electionis præsentationis, vel alterius negotij expeditione, si duæ partes remanserunt, semper poterunt actum expedire, est enim idem, ac si tertia pars vocata holiuisset venire, nam paria sunt non venire, vel venire, sed non expectare usque ad finem, ut in cap. de iudic. & in cap. certum. quæst. 3. ita Abb. in dicto cap. cum nobis. num. 10.

Quintus † est casus; Si in casu præmisso duæ partes recesserint, vel ultra, tunc tertia pars nihil agere potest, quia Capitulum non conservatur in minori parte, ut in cap. ecclesia. il seconde. de elect. & illi recedendo viden-

tur reuocare vocationem factam, nisi instet finis termini iuris, vt per Abb. in dicto cap. cum nobis. num. 10.

Sextus est casus †, vocatis omnibus, si tamen comparent duæ partes tantum, valebit præsentatio, quæ ficit per maiorem partem illarum duarum partium. ita Ioan. Cald. consil. 11. de iurepatron. & quando debeant venire ad sonum campanæ, ponit Abb. in dicto cap. in causis. num. 5. de elect. & vide Felin. in cap. cum omnes. de constitut. Pisis † quando ius patronatus pertinet ad Vniuersitate, puta Parochianorum, conuocatio fit à seniori.

C A P V T Q V A R T V M.

Ius patronatus si spectet pro parte ad Collegium,
& pro parte ad alium existentem de Collegio, quomodo fiat præsentatio.

S V M M A R I V M.

I Patronus si quis pro parte

fit, pro alia Collegium, de quo & ipse unus est, quomodo debeat presentare. Et debet

L 4 bet



- bet eundem præsentare.
 2 Quilibet potest fungi duplo officio
 4 Collegij actas si rite non
 fiat, etiam minor pars appellare potest.
 5 Dummmodo allegetur causa rationabilis.

1 **S**i quis t̄ habeat Iuspatro-
 natus de per se ut singu-
 laris persona in aliqua ecclē-
 sia, cuius iurispatronat. pars
 pertineat ad Collegium, pu-
 ta Capitulum, cuius ille e-
 tiam est Canonicus, poterit
 præsentare cum Capitulo, tā-
 quam unus de Capitulo, &
 postea de per se, ut patronus:
 2 quilibet t̄ enim potest fungi
 duplo officio, licet sit una
 persona . cap. à collatione
 de appellat. lib.6. Abbas in
 cap.cum olim.n.2. de re iud.
 3 Debet tamen unum & non
 diuersos præsentare, quia
 qua conscientia ducitur ad
 præsentandum unum iure
 Collegij, eadem conscientia

dēbet duci ad præsentandum
 eundem iure singulari. per
 cap. penult. §. porro. de elect.
 lib. 6. Lapis allegat. 22. n.4.
 & §. de quo vide Abbat. &
 Felin. num. 3. in d. cap. cum
 olim. Vide Lambertinū de
 iurepatron. lib.2. par. 2.q.2.
 4 art. 20. Quod si t̄ actus ca-
 nonicē non fieret, poterit à
 minori parte appellari. cap.
 cum nobis olim. de election.
 Ideoque dicunt Doctores,
 quod ad impediendum actū
 Vniuersitatis, ne fiat, sufficit
 contradic̄tio minoris partis.
 per cap. 1. de his quæ fiunt à
 maiori par. cap. Immo suffi-
 cit contradic̄tio vnius can.
 ni Nicæna. vbi Archid. dist. 31.
 § dummmodo t̄ allegetur causa
 rationabilis, quare fieri non
 debeat. Vnde clarum est, v-
 num solum cum iustitia posse
 impedire Vniuersos : & talis
 cōtradic̄tio est appellatio ex-
 trijudicialis. Lambertin. vbi
 supra art. 21.



CA-